

Aduertencias para

vbi mandatur, q̄ omnia peccata mortalia & singula etiam cogitationis, & species eorum debet Curatus scire, & cōmunes excommunicationes, quæ sunt note, vt percusio clerici, heresis, & contra clandestine contrahentes, & species peccatorum mortalium cōmunes, vt adulterium, incestus, raptus. &c. Et similiter casus reseruatos communes. Et q̄ debet prius absoluere ab excommunicatione, quam à peccatis. Hęc & similia tenetur scire Curatus sub pœna peccati mortalis. Probat ex regula supraposita ex S. Tho. Quia hęc pertinent ad officium suum, quorum ignorātia non excusat, quia sine scientia eorum nō potest recte exercere officium suum, vt supra dictum est. Vide Caie. verbo confessori necessaria. Nauarr. cap. 4. num. 2. Sil. Confessor. 3. per totum. ¶ Tandem debet interrogare pœnitentem vbi, & quando viderit probabiliter pœnitentem indigere interrogari. S. Thomi. in. 4. dist. 19. in expositione literę. Vide Sil. supra. §. 14. Caie. verb. Interrogationes.

¶ Circa Extremevnctionis Sacramentum debet scire Parochus formam materiam, & loca in quibus super infirmum debet vñctio-

nes